Ordo Divini Officii

RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI

JUXTA RITUM ROMANO-MONASTICUM

IN ECCLESIIS ET ORATORIIS

Congregationis Helveto-Americanae

O. S. B.

PRO ANNO DOMINI 1932

JUSSU REVERENDISSIMI DOMINI

ABBATIS PRÆSIDIS



ROMÆ — TORNACI

Typis Societatis S. Joannis Evangelistæ

DESCLÉE ET SOCII

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congreg. Typographi

Printed in Belgium.

Ordo Divini Officii

RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI

JUXTA RITUM ROMANO-MONASTICUM

IN ECCLESIIS ET ORATORIIS

Congregationis Helveto-Americanae
O. S. B.

PRO ANNO DOMINI 1932

JUSSU REVERENDISSIMI DOMINI

ABBATIS PRÆSIDIS



ROMÆ — TORNACI

Typis Societatis S. Joannis Evangelistæ

DESCLÉE ET SOCII

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congreg. Typographi

Printed in Belgium.

Tabula Temporaria

PRO ANNO DOMINI

1932.

NUMERI CYCLORUM.

Aureus Numerus . .	14	Indictio Romana . .	14
Epacta	XXII	Litteræ Dominicales .	c b
Cyclus Solaris . . .	9	Littera Martyrologii .	C

FESTA MOBILIA.

Dominica Septuagesimæ	24 Jan.
Dies Cinerum	10 Febr.
Pascha Resurrectionis	27 Martii
Ascensio Domini	5 Maii
Pentecostes	15 Maii
Ss. Corporis Christi	26 Maii
Ss. Cordis Jesu	3 Junii
Dominicæ post Pentecosten	27
Dominica I Adventus	27 Nov.

QUATUOR ANNI TEMPORA.

Verna	17	19	20	Febr.
Æstiva	18	20	21	Maii
Autumnalia	21	23	24	Sept.
Hiemalia	14	16	17	Dec.

NUPTIARUM SOLEMNIA.

Nuptiæ solemniter celebrari possunt a die 26 Dec. ad diem 9 Febr., et a die 28 Mart. ad diem 26 Nov. semper inclusive.

Praenotanda.

I. QUOAD OFFICIUM.

In Congregatione nostra Cantica nova ad Laudes sumuntur tantum in Off. dupl. et simpl. et quando Off. Dom. anticipatur in Sabb.

Adprobato novo Kalendario sequentes Normæ servandæ sunt.

1. **In Festis duplicibus majoribus** Off. fit cum 3 Nocturnis et 12 Lectionibus ut antea. Attamen quandocumque sumuntur in 1. Noct. Lectiones de Scriptura occurr., cum eis adhibeantur Responsoria de Tempore.

2. **In duplicibus minoribus** Off. hoc modo recitatur :

A. **Ad Matutinum** Invitatorium et Hymnus de Sancto, Psalmi et Antiphonæ (quæ duplicantur) et Versus I. Nocturni de Feria occurrente per annum vel Tempore Paschali ut in Psalterio. Absolutio Feriæ occurrenti conveniet. Tres Benedictiones dicuntur, nempe : *Ille nos*, *Cujus* aut *Quorum* vel *Quarum*, *Ad Societatem*. In hieme tres Lectiones leguntur, duæ de Scriptura occurrente, (ex 3 ll. fiunt 2) cum suis Responsoriis de Feria occurrente, tertia de Festo cum Responsorio de Sancto, scil. 1. ex respectivo Communi, dummodo non adsit Responsorium proprium, uti *In medio*, vel *Hæc est*. In æstate vero legitur sub unica Benedictione in Psalterio Feriæ occurrenti assignata, unica Lectio de Festo cum Responsorio suo ut supra. Post Psalmos II. Nocturni Capitulum et Versus de Festo, prout notatur Fer. II. in Psalterio, nisi ad Sextam habeatur Capitulum proprium Festi; Oratio de Festo, qua finita absolute inchoantur Laudes.

B. **Ad Laudes et Vesperas**. Antiphonæ (quæ duplicantur) et Psalmi erunt de Feria occurrente in Psalterio. etiam Temp. Pasch. In Laudibus sumuntur Cantica nova. Quod si Festum proprias habeat Antiphonas in Laudibus et Vesperis, eas in eadem Hora retinet cum suis Psalmis (ad L. *Dominus regnavit* etc.). Temp. Pasch. ad Ps. *Miserere* cum duobus seq. dic. triplex *Alleluja;* Añæ ad Canticum add. *Alleluja;* Ps. *Laudate* cum duobus seq. dic. cum triplici *Alleluja*. A Capitulo omnia de Sancto.

C. **Ad Horas minores** omnia dicuntur ut in Breviar. Monast. i. e. Añæ de festo.

3. **In Officio de Die infra Octavam.** Invitatorium et Hymnus dicuntur sicut in die Festi. Ad Psalmos feriales

dicuntur Antiphonæ ut in Festo, sed singulæ pro singulis Nocturnis incipiendo a 1. Antiphona I. Noct., ita ut secundo die infra Oct. vel primo die, quo contingat fieri de Oct., in I. Noct. dicatur 1. Antiphona; in II. Noct. 2. Antiphona, et sic deinceps singulis diebus per ordinem sine interruptione etiam festi occurrentis. ℣. I. Noct., Absolutio et tria Respons. sumuntur fer. 2. et 5. ex I Noct., fer. 3. et 6. ex II. Noct., fer. 4. et Sabb. ex III Noct. Benedictiones : 1. ILLE NOS; 2. CUJUS vel QUORUM; 3. AD SOCIETATEM. Lectiones de ipsa die occurr. Infra Oct. vero festi Domini 3 ll. de Hom., Benedictiones : EVANGELICA LECTIO, DIVINUM AUXILIUM, AD SOCIETATEM. Post II. Noct. dicta Oratione, absolute inchoantur Laudes, quæ et cetera dicuntur ut in festo, ritu semid.

4. **Officium S. Mariæ in Sabbato** sic persolvendum est : Ad Matutinum Invitatorium et Hymnus dicuntur de eodem Officio; in I. Nocturno Psalmi cum suis Antiphonis et Versus de Sabbato; in hieme prima et secunda Lectio cum suis Responsoriis de Feria; tertia Lectio cum suo Responsorio tertio de eodem Officio; in æstate vero unica Lectio ex Sanctis Patribus, quæ est tertia in eodem Officio, cum sua Benedictione et suo Responsorio tertio. In II. Nocturno Psalmi cum Antiphona de Sabbato, Capitulum, Versus et Oratio de eodem Officio. Oratione finita, *immediate* inchoantur Laudes.

In Laudibus, Antiphonæ et Psalmi Feriales, Canticum festivum, Capitulum, etc. de eodem Officio. In Suffragio pro hoc Officio S. Mariæ Or. *A cunctis* conclud. *Per Dominum*, quia in principio Orationis non fit mentio Filii. Ad Horas minores Añæ dic. de festo.

5. **In Officio de die Octava simplici.** Ad Matutinum Invitatorium et Hymnus dicuntur sicut in die Festi. In I. Nocturno Psalmi cum suis Antiphonis et Versus de Feria. Benedictiones ut n. 2. assign. In hieme 3 Lectiones leguntur, duæ de Scriptura cum suis Responsoriis, tertia ppr. al. ut in Lectionario. In II. Noct. Psalmi cum Antiphona de Feria, Capitulum Sextæ de Festo, Oratio de Festo, vel ppr. si adsit pro die Octava. Oratione finita, *immediate* inchoantur Laudes.

Ad Laudes Añæ et Psalmi de Feria occurrente. Canticum festivum. Suffragium et Preces omitt. Ad Horas minores Añæ dic. de festo.

6. **Memoria** est ritus peculiaris illorum Festorum, quæ per se gaudent sola Commemoratione in I. Vesperis et Laudibus Officii occurrentis, sive sit de Festo, sive de

Feria. Si Off. de Memoria persolvendum sit, totum fit de Feria, cum com. Festi. Canticum adhibetur feriale. Preces et Suffragium non omittuntur.—Missa de Festo (conv. p. Sext.) cum com. Feriæ i. e. Dom. præc. et 3. Or. de Tempore.

7. **Suffragium** unicum sit ut in ritu Romano, et in Or. additur nomen S. P. Benedicti.

Tempore Paschali, loco Suffragii, fiat com. Crucis cum propriis Antiphonis et Versibus, ut in Breviar. Monastico.

Preces, una cum præcedente *Pater Noster*, ad Primam et Completorium, sicut et *Pater Noster*, quod dicitur ad omnes Horas ante Orationem, in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, et Vigiliarum, quæ jejunantur, (exceptis Vigilia Nativitatis Domini, ac Vigilia et Quatuor Temporum Pentecostes), dicuntur flexis genibus, ab Hebdomadario quidem usque ad Versum *Dominus vobiscum* ante I Or., ab aliis autem usque ad Versum *Benedicamus Domino* post ultimam Or. — Rub. Gen. Breviar. Mon. XXXVII, n. 4.

8. **Mutatio Clausulæ** hymnorum ad Horas et aliorum ejusdem metri, ratione temporis vel octavæ vel festi simplificati, semper fit, etiam in Festis 1. et 2. classis tunc occurrentibus, quamvis de octava vel de tempore nulla fiat commemoratio. Excipiuntur Dom. Adventus et hymni : *Audi benigne* in Off. Quadrag.; *Æterna Christi* ad Matutinum in festis Ss. Apostolorum et plur. Martyr.; *Vexilla Regis* in festis S. Crucis; *Æterni Patris* ad Laudes in Festo S. Mariæ Magdalenæ, etc.

Quando Officium B. M. V. in 2. Vesp. saltem commemoratur, hymnus tum Vesp. tum Completor. conclud. *Gloria tibi Domine.*—S. R. C. Julii 1901.

Clausula *Gloria Patri Domino* in hymno *Veni Creator* semper est retinenda ac nunquam, quovis anni tempore vel quocumque occurrente Festo, in aliam mutanda.— S. R. C. 20 Jun. 1899.

Strophæ hymnorum *O Crux Ave*, *Veni Creator*, *O Salutaris*, *Tantum ergo*, *Ave maris stella*, ab utraque parte chori cantandæ vel recitandæ sunt et flexis genibus, intonatore excepto.

9. **Festum Titularis** in quibusvis ecclesiis publicisque Oratoriis consecratis vel saltem solemniter benedictis per integrum Officium quotannis est recolendum sub ritu 1. cl. cum Octava communi.

In Oratoriis autem quæ existunt in Seminariis, Hospitalibus, Domibusque Regularium, relativum Titularis Fe-

stum non celebrabitur, nisi in casu quo aliqua ex iis consecrata vel benedicta solemniter fuerint.—Decr. Generale 5 Jun. 1899.

Quando **Festum Titularis** occurrit infra Hebdomadam **solemnitas ejus extrinseca** cum Missa solemni et Vesperis **ad Dominicam proxime insequentem transferri poterit**, dummodo non occurrat duplex 1. cl. vel Dominica privilegiata 1. cl.—Secundæ Vesp. ejusdem solemniter cantari possunt, sed omnes Clerici Officiò divino addicti tenentur adhuc ad recitandas privatim Vesperas de Festo in Ordine occurrente.—S. R. C. 18 Maji 1878.

10. Anniversarium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis et Festum Titulare ejusdem et Festum Patroni principalis Diœcesis celebranda sunt a Regularibus utriusque sexus in eadem Diœcesi commorantibus ac proprium Kalendarium habentibus sub ritu Duplici 1. classis, absque tamen Octava, nisi hæc alio titulo sit celebranda.

11. **In Officio Defunctorum** in die vel pro die depositionis quando unum recitatur Nocturnum, semper dicatur primum Nocturnum; extra diem depositionis vero Nocturnum debet respondere Feriæ qua canitur Missa. Invitatorium dicitur semper quando persolvitur cum tribus Nocturnis, etiam sub ritu semiduplici, aut cum unico quidem Nocturno, sed sub ritu duplici. In reliquis vero casibus omittitur.—Rituale Rom. noviss.

Quotiescumque Officium Defunct. *ritu duplici* recitatur, omitt. Ps. *Lauda* ad Vesp. et Ps. *De profundis* ad Laudes.

Quoties Vesp. Def. separatim ab Off. divino recitantur dicitur secreto *Pater* et *Ave;* secus absolute incipitur ab Aña *Placebo.*

Quoties Matutinum delationem cadaveris ad ecclesiam ac ℟. *Subvenite,* vel Off. divinum immediate non sequatur, dicitur secreto *Pater*, *Ave*, *Credo;* secus absolute incipitur ab Invitatorio, vel ab Aña Nocturni.

Insuper si Matutinum, cum unico vel tribus Nocturnis, in privata recitatione a Laudibus separetur, post ultimum Responsorium subjungitur : ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* Deinde dicitur Oratio ut ad Vesperas, additis sequentibus : ℣. *Requiem æternam dona eis, Domine.* ℟. *Et lux perpetua luceat eis.* ℣. *Requiescant in pace.* ℟. *Amen.* Sed in recitatione publica vel privata, si Laudes omnino omittantur, post ultimum Responsorium dicuntur Preces ut in Vesperis.

In Exequiis defuncti, præsente corpore; ad finem Officii post Añam Cantici... dicta Or. cum longa conclus., quando

immediate sequuntur Exequiæ vel Missa aut Absolutio, omittuntur ℣℣. *Requiem æternam* et *Requiescant in pace.*

II. QUOAD MISSAM.

A. Missa Conventualis.

12. In Monasteriis Congregationis nostræ una tantum Missa Conventualis, Officio videlicet diei respondens, tempore a Rubricis præscripto (Decr. 3757) quotidie in choro cantatur. — (Constitut. cap. XIX, n. 28.) — Excipiuntur Missæ in Litaniis majoribus et minoribus, si fiat Processio, et pariter omnes Missæ ex fundatione.

Quando in Fer. per annum M. Dom. jam dicta est, dici potest, post Sextam, aliqua ex M. votivis secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum cum com. Fer. de qua factum est Officium. — Rub. Gen. Missal. Tit. IV, n. 3.

Prima die libera cujusvis mensis **debet** et Fer. secunda libera cujuslibet hebdomadæ **potest** M. conv. dici de Requie post Primam.

B. Missæ Votivæ Privilegiatæ.

13. De **Solemnitate externa** Festi Patroni principalis, aut Titularis vel Dedicationis propriæ ecclesiæ, aut etiam Sancti Fundatoris Ordinis, quod infra præcedentem hebdomadam occurrerit, Dominica Festum immediate sequenti cani potest Missa de solemnitate translata, et de ea pariter legi potest unica Missa, nisi occurrat Duplex I. classis vel Dom. major, quo in casu permittitur tum in Missa cantata diei currentis, etsi conventuali, et in altera lecta commemoratio Solemnitatis externæ (dummodo non sit Dom. Paschæ, Pentecostes et Ss. Trinitatis) sub unica conclusione cum Or. Missæ diei. In his Missis de Solemnitate translata fit tantum com. de Duplici 2. cl., de Dom. quavis et de Octavis privil. et in fine legitur Ev. de Dom. Ubi autem adest obligatio Missæ conventualis, Missa de Solemnitate translata dic. sine com. et legitur Evang. S. Joannis in fine.

14. De **Solemnitate externa** Festorum olim alicui Dominicæ perpetuo affixorum, in Dominica a qua per Decr. S. R. C. d. d. 28 Oct. 1913 removebantur, permittuntur Missæ omnes, præter Conventualem (et Parochialem) de Solemnitate Festi Duplicis 1. cl. et de Festo sacratissimi Rosarii B. M. V., de Solemnitate vero Duplicis 2. cl. per-

mittitur unica tantum Missa cantata vel etiam lecta. In Missa de Solemnitate Festi 1. cl. fit com. ut in n. præc., in Missa de Solemnitate Festi 2. cl. fit com. de Dom. quavis, de Oct. privil. et de dupl. majori et minori et in fine leg. Ev. de Dom. Ubi autem adest obligatio Missæ conventualis, etc. ut supra n. 13.

15. **Missa Votiva pro re gravi et publica simul causa** illa est quæ de mandato vel consensu Ordinarii loci, pro qualibet vice obtinenda, **in cantu** celebratur cum concursu populi. Hæc Missa prohibetur in omnibus Dominicis majoribus 1. cl., in Festis dupl. 1. cl., Feria IV Cinerum, Feriis Hebdomadæ Majoris, Vigiliis Pentecostes et Nativitatis Domini et in Comm. Omn. Fidelium Defunctorum. Neque permittitur Missa votiva solemnis de identico Domini Mysterio, vel de eadem Sancti Persona, de quibus celebratur Officium aut fiat commemoratio, vel occurrat Vigilia aut dies infra Oct., quamvis simplicem. Tunc enim, loco Missæ votivæ, canitur Missa Officio vel Commemorationi, Vigiliæ aut Octavæ conveniens, cum commemorationibus quæ in ipsa Missa votiva faciendæ essent. Diebus impeditis in Missa de die etiam conventuali, sub unica conclusione additur Oratio de Missa votiva impedita, et fiunt tantummodo Commemorationes quæ huic Missæ votivæ conveniunt.

In his Missis votivis pro re gravi fit com. de Dupl. 2. cl., de Dom. quavis, de Feria majori, de Rogationibus, de Vigiliis privil. et de Octavis privil. Semper dicitur *Gloria*, nisi celebretur colore violaceo, et dic. *Credo* etiam in Missis colore violaceo celebratis, etiamsi extra Dominicam celebrentur.

Si Missa de die careat Prf. ppr., tunc dicenda est Prf. de Missa votiva impedita, et dicitur ejus Ev. in fine Missæ, nisi aliud dicendum sit de Dom. etc. ut infra.

In fine Missæ dicitur Ev. S. Joan. *In principio*, nisi facta fuerit com. de Dom., de Fer. Quadrag., Quatuor Temp., Fer. II Rog., diei Oct. Epiph., de die infra Oct. privil. Paschæ et Pentecostes, Vigil. Epiph. aut Officii Evangelium stricte proprium habentis, tunc earum Ev. legendum est. Ubi autem habetur Missa conventualis, hæc M. votiv. dic. sine com. et legitur Ev. S. Joannis in fine.

16. **Missa in Benedictione Primarii Lapidis vel in Benedictione Solemni ecclesiæ** dicitur de Mysterio vel Sancto, in cujus honorem ecclesia fundatur vel benedicitur; dummodo pariter non occurrat dies Missas votivas pro re gravi excludens, quo in casu in Missa diei additur commemoratio Titularis, ut supra n. præc.

17. **Unica** Missa votiva **de S. Corde Jesu** sive cantata sive lecta permittitur quavis Feria VI. prima mensis cum privilegiis M. votiv. sol., si peculiaria exercitia pietatis in honorem Divini Cordis, approbante loci Ordinario, *mane* peragantur, dummodo in illam diem non incidat aliquod Festum Domini, aut duplex I. cl., vel Feria, Vigilia, Octava ex privilegiatis. — S. R. C. 28 Jun. 1889. Prohib. etiam in Vig. Epiph., in festo Purificationis B. M. V. et in Comm. Omn. Fid. Defunct. Dicitur Missa *Cogitationes Cordis* cum *Gloria*, et *Credo* et omnibus commemorationibus in Missis votivis pro re gravi præscriptis ut supra n. 15.; temp. pasch. Offertorium et Communio mutantur. Ult. Ev. dic. ut in M. pro re gravi notatur. Ubi autem dicitur Missa conventualis, nulla fit commemoratio in Missa votiva solemni de Ss. Corde Jesu.

In Vig. Epiph. et Fer. VI p. Oct. Ascens. loco Missæ votivæ erit dicenda M. de Off. occurr. cum privilegiis M. votiv. sol., i. e. cum *Gloria* et *Credo.* S. R. C. 8 Julii 1921. A 2 ad 4 Jan. sumatur M. *Puer natus est nobis* de die 30 Dec. (Missale novum).

18. **Missa votiva in Oratione XL Horarum.** Missa votiva solemnis de Ss. Sacramento vel pro Pace permittitur iisdem diebus, quibus Missa votiva solemnis pro re gravi et publica simul causa celebrari potest, ut supra n. 15. Diebus autem quibus hujusmodi Missa impediatur, in Missa solemni diei currentis sub unica conclusione cum prima Oratione addatur Commemoratio de Missa votiva impedita, et si agatur de impedita Missa votiva Ssmi Sacramenti, dicitur Præfatio et ultimum Evangelium hujus Missæ impeditæ, nisi dicenda sit Præfatio Missæ propria, vel de Dom., vel ult. Evang. de Dom. In Missis festivis semper dicitur *Credo.* Commemoratio de Ssmo Sacramento, ob identitatem Mysterii, omittitur in Festis Passionis, Crucis, Ss. Redemptoris, Sacratissimi Cordis Jesu et Pretiosissimi Sanguinis.

In eadem Missa votiva solemni de Ss. Sacramento vel pro Pace, necnon in Missa solemni quæ illius Missæ votivæ impeditæ locum tenet, fiant tantummodo Commemorationes quæ præscribuntur in Missa votiva solemni pro re gravi et publica simul causa, nempe de Dupl. 2. cl., de Dom. quavis, de Feria majori, de Rogationibus, de Vigiliis privil. et de Octavis privil. Ubi autem habetur Missa conventualis, hæc M. votiva, vel quæ illius locum tenet, dic. sine supradictis commemorationibus.

In Missa votiva solemni pro Pace et in Missis privatis quæ triduo expositionis celebrantur, addatur Collecta de

Ss. Sacramento, etiam occurrentibus Festis solemnioribus universalis Ecclesiæ, nunquam autem sub unica conclusione cum Oratione Missæ, sed post Orationes a Rubricis præscriptas; hæc tamen Collecta omittatur, si Missa vel Commemoratio in Missa occurrens sit de identico Domini Mysterio, et in Missis quæ in Commemoratione omnium fidelium defunctorum celebrantur.

In Missa votiva solemni pro Pace, etiamsi extra Dominicam celebretur, Symbolum addatur. — S. R. C. d. 27 Apr. 1927.

19. Missa votiva **pro Sponsis** cum propria benedictione permittitur quotidie per annum extra tempus clausum; et etiam tempore clauso quoties Ordinarius loci ex justa causa bened. nuptialem permiserit. Excipiuntur Dominicæ (etiam anticipatæ), Festa de præcepto, licet suppressa, dupl. 1. et 2. cl., Oct. privil. Epiph., Paschalis, Pent. et Corporis Christi (non vero Nativ., Ascens. D. et Ss. Cordis), Feriæ ac Vigiliæ privil. 1. cl. In his autem casibus exceptis dic. M. de die, in eaque additur Or. pro Sponsis **sub unica conclus.** cum prima, atque datur benedictio pro eis propria. Attamen in die Commem. Omn. Fidelium Def. prohib. et Missa et Oratio, necnon benedictio. Item M. pro Sponsis et benedictio nuptialis prohib., quando mulier jam benedictionem acceperit. Quod si nuptiæ tempore clauso contractæ fuerint non obtenta a loci Ordinario venia benedictionis nuptiarum, M. cum propria benedictione differtur ad diem in qua, extra tempus clausum, M. pro Sponsis vel ejus commem. permittitur.

Hæc Missa, cum sit votiva privata, semper celebranda est, etiam si fiat in cantu, sine Gl. et Cr., cum 3. Ors. nisi quando Festum duplex commemoratur.

De Missis Votivis sine cantu.

20. Missæ votivæ sine cantu permittuntur, ex rationabili tamen causa, quandocumque non occurrit Officium duplex, aut Dominica quævis, licet anticipata vel, etiam quoad Officium, reposita; sed, etsi dicantur pro aliqua causa gravi, prohibentur:

1) in feriis Quatuor Temporum, in feriis Adventus a die 17 ad 23 decembris inclusive; a feria IV Cinerum usque ad feriam IV Majoris Hebdomadæ inclusive; in feria II Rogationum (non autem in feria VI post Octavam Ascensionis);

2) in omnibus Vigiliis;

3) infra Octavas Nativitatis, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi et Ss. Cordis, aliasque Octavas alicubi privilegiatas;

4) diebus Octavis simplicibus (v. g. diebus 2, 3, 4 Januarii) etiamsi tantum commemoratis;

5) diebus in quibus primo resumitur Missa Dominicæ impedita;

6) in ecclesiis unam tantum Missam habentibus diebus Rogationum, si fiat Processio.

De Missis Votivis Cantatis pro re non gravi.

21. Missæ votivæ cantatæ, quamvis non sint pro re gravi, permittuntur quandocumque non occurrit Officium duplex, aut Dominica quævis, licet anticipata vel, etiam quoad Officium, reposita ; sed prohibentur :

1) feria IV Cinerum; feria II, III et IV Majoris Hebdomadæ ;

2) in Vigiliis Nativitatis, Epiphaniæ et Pentecostes ;

3) infra Octavas Nativitatis, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi et Ss. Cordis, aliasque Octavas alicubi privilegiatas ;

4) in ecclesiis unam tantum Missam habentibus diebus Rogationum, si fiat Processio.

ORDO servandus in celebrandis Missis votivis privatis

SIVE LECTIS, SIVE CANTATIS :

Missa votiva	Color	Missa	Gloria	Orationes (*a*)	Credo	Præfatio	In fine Missæ
De SS. Trinit.	Albus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Propr.	Bened. Dño
De Spir. Sanct.	Rubeus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Propr.	id.
De SS. Sacram.	Albus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Nativ.	id.
De Passione	Violac.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Cruce	id.
De S. Cruce	Rubeus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Cruce	id.
De Sacrat. Corde Jesu	Albus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Sacr. Cordis	id.
De B. M. V.	Albus	Propr.	Omitt. nisi in Sabb.	2 diei curr. 3 de Spir. Sancto	Omitt.	Propr.	id. in Sabb. Ite Missa est
De Angelis	Albus	Propr.	Semper dicitur	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Comm. (*b*)	Ite Missa est
De Apostol.	Rubeus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Propr.	Bened. Dño
De Sanctis	Festi	Propr. vel de Com.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Pr. vel Comm. (*b*)	id.
Pro quac. necessit.	Violac.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Comm. (*b*)	id.
Pro infirmo	Violac.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	id.	id.
Pro sponsis	Albus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	id.	id.
Pro defunct.	Niger	Ut in Missali	Omitt.	Ut in Missal. (*c*)	Omitt.	Propr.	Requiesc. in pace

a) 1. or. Missæ votiv., 2. or. Off. curr., 3. or. quæ in Missa conformi Officio diei fuisset secunda. Si tamen dicenda sit or. *Fidelium*, hæc semper dicitur penultimo loco inter omnes orationes. — In Missa pro Sponsis, sicut in aliis Missis votivis, ex privilegio celebratis, omittitur 3. oratio de tempore si commemoretur festum dupl. maj. aut minus.

b) nisi dicenda sit propria de Officio 1. loco comm. vel de Octav. aut de Tempore.

c) in tribus primis Missis (sive cantatis sive lectis) unica oratio ; in quotidianis vero tres orationes aut (in lectis) quinque vel septem quarum prima et secunda, ut in Missa quotidiana, ultima autem *Fidelium*, si Missa celebretur PRO DEFUNCTIS IN GENERE. — Si vero Missa celebretur pro defuncto vel defunctis CERTO DESIGNATIS, prima oratio erit prò ipso (vel ipsis), deficiente vel ignorata designatione, Oratio *Deus, veniæ largitor*, 2. ad libitum, ultima semper *Fidelium* pro omnibus defunctis.

In Missis votivis diebus **Memoriæ** Or. 2. dicitur de Fer., i. e. Dom. præc. et 3. de Memoria.

In fine omnis Miss. votiv. dicitur Ev. S. Joannis *In principio*, nisi facta fuerit commem. Dom., Feriæ habentis Miss. propr., Vigil., diei Octav. Epiph. aut infr. Oct. Pasch. et Pent., vel festi habentis Evang. vere proprium.

Ev. stricte propria habent sequentes Missæ :

a) Domini, excepta M. Dedicat. Eccl.;
b) B. M. V., excepta M. Assumptionis ejusdem;
c) Ss. Archangelorum et Ang. Custod.;
d) S. Joannis Bapt. et S. Joseph;
e) Ss. 12 Apostolorum;
f) Ss. Innocentium, S. Mariæ Magdal., S. Marthæ, et omnes M. votivæ, quæ in novo Missali primo loco exstant; non vero M. vot. ad diversa. (S. R. C. 29 apr. 1922.)

DE MISSIS DEFUNCTORUM.

Missa Exsequialis.

22. In ecclesia in qua agitur exsequiale funus alicujus Defuncti, etiam absente rationabilem ob causam vel jam sepulto cadavere, permittitur unica Missa cantata, vel etiam, pro pauperibus, lecta pro die obitus. Hæc vero prohibetur in Duplicibus I. classis primariis universalis Ecclesiæ, exceptis Feriis II. et III. post Pascha et Pentecostes in quibus permittitur, in Festis Dedicationis ac Tituli ecclesiæ ipsius in qua funus agi deberet, necnon Patroni principalis loci, et, pro Religiosis Institutis, in Festis Tituli aut Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, dummodo hæc Festa non fuerint eo anno quoad solemnitatem translata; quo in casu prohibetur in Dominicis in quibus agitur solemnitas externa Festorum hujusmodi. Quoties autem a Rubricis, ut supra, hæc Missa impediatur, transferri potest in proximiorem sequentem diem non impeditam.

Missæ Lectæ pro die Obitus.

23. Item in ecclesia, aut Oratorio publico, ubi funus Defuncti solemniter agitur, dummodo sacrificium pro ipso Defuncto applicetur, ipsa die dici possunt Missæ privatæ de Requie pro die obitus, ut supra, nisi occurrat Officium Missas Defunctorum sequenti numero indicatas impediens.

Missæ hujusmodi privatæ pariter celebrari possunt **unica die** ad libitum ab obitu usque ad depositionem Defuncti in Oratoriis semipublicis, quæ, deficiente ecclesia vel Oratorio publico, horum locum teneant; necnon **quotidie** per idem tempus in Oratoriis semipublicis, quæ locum non teneant ecclesiæ aut Oratorii publici, et in Oratoriis stricte privatis domus Defuncti, dummodo cadaver sit physice præsens in domo, ubi erecta sunt ipsa Oratoria, et dies impedita non occurrat.

Missæ de Requie Privilegiatæ.

24. In die autem III, VII, XXX, et anniversaria ab obitu vel depositione Defunctorum, et **opportuniori die post acceptum mortis nuntium**, in qualibet ecclesia permittitur **unica** Missa pro Defuncto, cantata vel etiam lecta; dummodo non occurrat Dominica (etiam anticipata), aut Festum de præcepto, licet suppressum, Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, Duplex 1. vel 2. classis, etiam translatum, aut aliqua ex Feriis (privil. 1. ord.) Vigiliis (privil. 1. cl.) vel Octavis privilegiatis, quo in casu, hujusmodi Missa in proximiorem diem, pariter non impeditam anticipari, si anticipari valeat, aut transferri potest, dummodo **in cantu** celebretur.

Diebus vero liberis, quando M. quotid. pro defs. in cantu, vel sine cantu permittuntur, licet plures Missas de die III, VII, XXX, opportuniore post acceptum mortis nuntium et anniversaria, etiam late sumpta celebrare. — Decr. 4372 ad VI, S. R. C. 16 Junii 1922.

Missa in Anniversariis late sumptis.

25. Idem servatur pro unica Missa cantata in anniversariis, quæ extra diem obitus ex fundatione celebrantur, vel quæ pro omnibus Defunctis alicujus cœtus semel quolibet anno habentur. Idem quoque servatur pro Missis quæ per octiduum, a Commemoratione Omnium Defunctorum inclusive computandum, pro fidelium pietate pariter in cantu peragentur; quæ tamen Missæ extra octiduum ipsum anticipari et transferri nequeunt.

Missa in Cœmeteriis.

26. Item, in ecclesia vel Oratorio publico ac principali sepulcreti, immo et in quolibet Sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo, Missæ quæ inibi celebrari permit-

tuntur, possunt de Requie esse; dummodo non occurrat Dominica etc. ut supra n. 24. Hoc tamen privilegium non favet ecclesiis, quæ licet circumjacens habeant cœmeterium, tamen adjunctum chorale onus, aut curam animarum adnexam habent.

Missæ Quotidianæ Defunctorum Cantatæ.

27. Missæ quotidianæ Defunctorum quæ celebrentur in cantu prohibentur in duplicibus, in omnibus Dominicis etiam anticipatis, in Feriis privil. 1 ord. Cinerum et Major. Hebdom., in Vigiliis et infra Oct. privil.

Missæ Quotidianæ Defunctorum Lectæ.

28. Missæ vero quotidianæ Defunctorum sine cantu prohibentur in omnibus duplicibus, in Dominicis quoque anticipatis et repositis etiam quoad solam Missam, infra Oct. privil., in tota Quadrages. excepta tamen prima die cujusque hebdomadæ libera, in Feriis Quatuor Temporum et II. Rogationum, in omnibus Vigiliis, privil. et communibus, in die Octava simplici, etsi tantum commemorata, et in Feriis Antiphonarum major., nempe a die 17 ad 23 Dec. inclusive.

PROHIBITIO MISSARUM DE REQUIE

Nonnullis in adjunctis.

29. Quælibet tamen Missa Defunctorum, etiam in die aut pro die obitus, in ecclesiis ubi habeatur expositio Ssmi Sacramenti, prohibetur toto expositionis tempore, præterquam Missæ de Comm. Omn. Fidel. Def. Prohibetur insuper quoties urgeat obligatio Missæ cujuslibet conventualis vel parochialis, cui per alios Sacerdotes satisfieri nequeat; item in ecclesiis unam tantum Missam habentibus prohibetur die 2 Febr., Fer. IV. Cinerum, Dom. Palmarum et in Vig. Pentecostes, si respective fiat benedictio Candelarum, Cinerum, Palmarum aut Fontis Baptismalis; et in Litaniis majoribus et minoribus, si fiat Processio.

Missæ pro Defunctis Sacerdotibus.

30. Pro defuncto Summo Pontifice, pro defunctis Cardinalibus, Episcopis et Sacerdotibus, tum in die obitus,

seu depositionis, (post acceptum nuntium, in die 3, 7 et 30) tum in anniversario, dicitur prima Missa ex iis quæ habentur in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, adhibitis tamen Orationibus propriis, quæ habentur inter Orationes diversas.

Orationes dicendæ in Missis de Requie.

31. In omnibus Missis quæ sub num. 22-25 recensentur una tantum dicitur Oratio; in reliquis tres dicuntur. Si Missa applicetur pro Defunctis in genere, dicuntur Orationes quæ in Missa Quotidiana Defunctorum prostant; si vero applicetur pro Defunctis certo designatis, prima dicitur pro iisdem Defunctis; deficiente vel ignorata designatione personali (non *nominali* tantum) sumatur Oratio *Deus veniæ largitor*, secunda ad libitum, tertia *Fidelium* pro omnibus defunctis.

Oratio *Inclina, Domine* pro uno defuncto et Oratio *Quæsumus, Domine* pro una defuncta leguntur cum littera N. Si Missa celebretur pro pluribus viris vel pro pluribus mulieribus defunctis, eædem orationes in plurali numero dicuntur, itemque defunct. nomina exprimuntur. Si Missa pro *uno* viro et pro *una* muliere defunctis celebretur, in Oratione dicenda est *famuli* et *famulæ tuæ*, quando non exprimuntur nomina; secus dicendum est *famulorum tuorum N. et N.*—S. R. C. 14 Junii 1901.

De Sequentia " Dies Iræ ".

32. Item in omnibus Missis cum unica Oratione, et in Missis quotidianis in cantu et conventualibus addenda est Sequentia pro Defunctis; in aliis Missis quotidianis lectis dici vel omitti potest ad libitum Celebrantis.

INDULTA PARTICULARIA

pro Missis de Requie celebrandis.

33. **Pro Provincia S. Ludovici.**— 1. Die 13 Sept. 1829 Pius VIII. ad preces Revmi Ep. S. Ludovici et Admin. Apost. Novæ Aureliæ concessit, ut M. solemnis seu cantata defunctorum celebrari possit in duplicibus (i. e. dupl. min. et maj.). Hoc privilegium certo valet per Status qui eo anno dictis duabus diœcesibus comprehendebantur, scl. La., Mo., Ill., Iowa, Kans., Minn., Nebr., Colorado, Dak., Idaho, Arkans., Okla., Montana, New Mexico, Oregon, Washington, Wyom.

2. Die 19 Jan. 1859 Provinciæ S. Ludovici concessum est privilegium 1) M. privatam de Requiem celebrandi die obitus seu depositionis præsente vel absente corpore in duplicibus. 2) Bis in mense in festis duplicibus extra diem obitus vel depositionis. Hoc indultum valet in Statibus Mo., Ill., Iowa, Kans., Minn., Nebr., Tenn., Wis., Okla., New Mexico.

Supradicta Indulta n. 33. (excepta Missa cantata) in posterum ita erunt applicanda, ut intelligantur tantummodo concessa pro diebus in quibus non occurrat aliqua Feria Quadrages., Quatuor Temporum, II. Rogationum, Vigilia, aut Feria in qua anticipanda vel reponenda est Missa Dominicæ.—S. R. C. 8 Feb. 1913.

Missa in aliena ecclesia.

34. Omnes et singuli Sacerdotes, tam sæculares, quam regulares, exceptis tamen Episcopis et Cardinalibus, Missas, etsi Regularium proprias, omnino celebrent juxta Kalendarium ecclesiæ vel Oratorii publici, in quo celebrant, exclusis tamen peculiaribus ritibus Ordinum et ecclesiarum propriis. Idem servetur in Oratorio semipublico, sive in Capella principali Seminariorum, Collegiorum, piarum Communitatum, Hospitalium, Carcerum et similium. Si vero, juxta Kalendarium ecclesiæ aut Oratoriorum præfatorum, Missæ votivæ vel aliæ permittantur, easdem celebrare valeant, servatis tamen Rubricis et Decretis. Si ecclesia sit concredita alicui Ordini vel Congregationi sive in perpetuum sive ad tempus indefinitum, omnes sacerdotes ibi celebrantes se conformare debent Kalendario istius Ordinis. — Decr. 4051 ad 2. At non valet de Oratoriis ubi Regulares tantum curam spiritualem monialium habent. Decr. 4248 ad 3.

De Orationibus.

35. **In Festis 2. cl.**, quando de festo simplici fit com. tantum ad Laudes, tunc in Missa quocumque modo cantata, etiam in conventuali licet tantum lecta, omitti debet commem. dicti simplicis.—S. R. C. 27 Mart. 1779.

36. **Oratio de Ss. Sacramento exposito extra tempus Orationis XL Horarum.** Perdurante per aliquod tempus (scilicet non quando Ss. Sacram. exponitur per breve tempus ad aliquas preces recitandas—Ephem. Liturg. 1928, p. 100) extra aliam sacram functionem expositione et adoratione

Ssmi Sacramenti pro publica causa, in omnibus Missis tam cantatis quam lectis addi debet Oratio Ssmi Sacramenti post Orationes a Rubricis præscriptas, etiam occurrentibus Festis solemnioribus universalis Ecclesiæ.

Oratio Ssmi Sacramenti etiam dicenda est in qualibet Missa quæ celebratur ad altare ubi Ssmum Sacramentum statim post Missam exponatur pro publica causa, dummodo Missa vel commemoratio in Missa occurrens non sit de identico Domini Mysterio, et exceptis Missis quæ in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum celebrentur. Identicum mysterium habetur in Missa de Festis Passionis, Crucis, Ssmi Redemptoris, Sacratissimi Cordis Jesu et Pretiosissimi Sanguinis. — S. R. C. 11 Jan. 1928.

Minime vero versatur in eodem mysterio M. in Nativitate Domini, Paschatis et Ascensionis. — Ephem. Liturg. 1928, pag. 306.

37. **Orationi ad libitum** substitui potest Collecta ab Ordinario imperata. Si autem Oratio ad libitum præferatur, in Missis cantatis et conventualibus eligitur ad libitum Superioris Communitatis; in Missis privatis vero et ubi Communitas desit, etiam in cantatis, ad libitum celebrantis.

38. **Oratio pro Papa,** si ab Ordinario imperata fuerit, succedit Orationi pro Papa vel *Ecclesiæ* a rubrica ea die præscripta, ita ut per unam Orationem satisfiat præcepto rubricæ et Ordinarii.

39. Quando dicenda est Oratio *Fidelium* (pro def.) dici debet in omnibus Missis privatis, quæ non sint Defunctorum, penultimo loco inter omnes Orationes hac die recitatas, comprehensis iis, quæ ad celebrantis libitum sint dicendæ, non omissa ob eam ulla ex Orationibus pro diversitate Temporum assignatis. Oratio *Fidelium* nempe nullum influxum habet in numerum Orationum et habetur ipsa supra numerum. Oratio ab Ordinario imperata pariter non excluditur ob Orationem *Fidelium*, etsi quaternarum numerum ita excedant Orationes ea die dicendæ.

40. **Oratio ab Ordinario imperata** ponitur ultimo loco post Orationes a Rubrica præscriptas, vel loco Orationis ad libitum assignatæ, quoties nempe tertia Oratio ad libitum sit eligenda. Omitti tamen debet in omnibus Duplicibus 1. et 2. classis, in Dominicis majoribus, nisi loco Orationis ad libitum eligatur, in Feriis (1. ord.), Vigiliis et Octavis privilegiatis, in Missis votivis pro re gravi et publica simul causa, et quoties in Missa jam quatuor dictæ sint Orationes.

Si tamen, jubente Ordinario, hujusmodi Collecta fuerit dicenda **pro re gravi**, omittitur tantum in Vigiliis Nativitatis et Pentecostes, in Dominica Palmarum, et in omnibus Duplicibus 1. classis.

Quod si expresse ea ordinetur dicenda etiam in Duplicibus 1. classis, tunc omittitur tantum in Nativitate et Epiphania Domini, Feria V. in Cœna Domini, Sabbato Sancto, Dominica Resurrectionis, Ascensione Domini, Pentecoste, Ss. Trinitate et Festo Ssmi Corporis Christi.

41. **In Anniversario Electionis** (seu Translationis, si adsit) et **Consecrationis** Episcopi Ordinarii additur Oratio *Deus omnium fidelium Pastor* (ex Missa votiva Anniversaria ejusdem) additis nominibus Episcopi et Diœcesis. In Festis 2. cl. hæc Oratio dicitur sub distincta conclusione ultimo loco post Orationes a rubricis præscriptas.

Quando Anniversarium accidentaliter impeditur festo dupl. 1. cl. primario Domini Eccl. universalis, exceptis Fer. II. et III. Paschæ et Pent., omittendum est hoc anno; si vero quotannis impeditur reponi debet in proximiori sequenti die libera.—Missale nov. tit. V. n. 5. et 6.

In Anniversario die Electionis et Consecrationis Episcopi Collecta pro Papa ab Ordinario præscripta omittitur. —S. R. C. 5 Mart. 1870.

42. **In Anniversario propriæ ordinationis sacerdotalis**, a die fixa mensis computando, si Vigilia Nativitatis vel Pentecostes, Dominica Palmarum aut Duplex 1. classis non occurrerit, secus autem in proximiori sequenti die quæ a Duplici item 1. classis sit libera, cuivis Sacerdoti licet, extra Missas Defunctorum, et post Orationes a Rubricis præscriptas, addere Orationem "*Pro seipso Sacerdote*", ut n. XX. inter Orationes diversas.

43. **Preces a Leone PP. XIII.** post quamlibet Missam non cantatam (omitt. post Missam conventualem etsi lectam) præscriptæ recitandæ sunt immediate expleto ultimo Evangelio, ita ut aliæ preces interponi nequeant. —S. R. C. 23 Nov. 1887.—Si Missa absoluta S. Rosarium a populo recitandum non sit finitum, Celebrans dictas preces recitet cum Ministro solo.—S. R. C. 7 Dec. 1900. —In Festo Nativ. Domini, quando tres consecutivæ dicuntur Missæ, preces dicuntur tantum quando Sacerdos ab Altari discedit.—S. R. C. 10 Maji 1895.

Si Missa lecta cum aliqua solemnitate celebretur (ex. gr. Missa votiva lecta S. Cordis Jesu prima Fer. VI. cujusvis mensis, vel occasione primæ communionis, aut communionis generalis, sacræ confirmationis vel ordina-

tionis aut pro sponsis) vel Missam, quin celebrans ab altari recedat, immediate ac rite subsequatur aliqua sacra functio seu pium exercitium, Preces in fine Missæ præscriptæ omitti possunt.—S. R. C. 20 Junii 1913.

Si immediate post Missam S. Communio distribuenda sit, administretur post Preces.—S. R. C. 2 Junii 1916.

44. **Ad quaslibet indulgentias lucrandas** confessio forte requisita peragi potest intra octo dies qui immediate præcedunt diem cui indulgentia fuit adnexa; communio autem in pervigilio ejusdem diei; utraque vero etiam intra subsequentem totam Octavam.—Can. 931, § 1.

Christifideles qui solent, nisi legitime impediantur, saltem bis in mense ad pœnitentiæ sacramentum accedere, aut sanctam communionem in statu gratiæ et cum recta piaque mente recipere quotidie, quamvis semel aut iterum per hebdomadam ab eadem abstineant, possunt omnes indulgentias consequi, etiam sine actuali confessione quæ ceteroquin ad eas lucrandas necessaria foret, exceptis indulgentiis sive jubilæi ordinarii et extraordinarii sive ad instar jubilæi.—Can. 931, § 3.

45. Quoad lucrandas indulgentias plenarias, quas vocant "*Toties quoties*", pro quibus alicujus ecclesiæ visitatio est injuncta, Pius Papa XI declaravit, *saltem sex Pater*, *Ave et Gloria* in singulis visitationibus esse recitanda. S. C. Pœnit. Ap. d. 5 Julii 1930.

De Communione plurium infirmorum.

46. "Quando sacra Communio distribuitur pluribus infirmis, *qui* in eadem domo, vel in eodem hospitali, sed *in distinctis cubiculis* degant, **Sacerdos vel Diaconus ministrans,**

1) "**in primo tantum cubiculo** recitet plurali numero *omnes preces ante infirmorum Communionem dicendas* (Rit. Rom. Tit. IV, c. 4);

2) "**in aliis autem cubiculis** dicat tantummodo *preces: Misereatur tui... Indulgentiam... Ecce Agnus Dei...* semel *Domine non sum dignus... Accipe frater (soror)* vel *Corpus Domini...*;

3) "**et in ultimo cubiculo** addat versum: *Dominus vobiscum*, cum suo resp. et cum seq. Or. plur. numero dicenda: *Domine sancte...*, ibique, si qua particula consecrata superfuerit, benedictionem eucharisticam impertiatur;

4) "**ac tandem** *reliquas preces præscriptas* **in ecclesia** de more persolvat."—S. R. C. 9 Jan. 1929.

Applicatio Missæ.

Dies festi in quibus animarum rectores præter dies Dominicos Missam pro populo applicare tenentur.

1. Circumcis. D. N. J. C. (fest. ex præc.)
2. Epiphan. D. N. J. C. (fest. suppr.)
3. Purif. B. M. V. (fest. suppr.)
4. S. Matthiæ Ap. (fest. suppr.)
5. S. Joseph Cf. (fest. suppr.)
6. Annunt. B. M. V. (fest. suppr.)
7. Fer. 2. et 3. Resurr. Pasch. D. N. J. C. (fest. suppr.)
8. SS. Philipp. et Jacob. App. (fest. suppr.)
9. Invent. S. Cruc. (fest. suppr.)
10. Ascens. D. N. J. C. (fest. ex præc.)
11. Fer. 2. et 3. Pentec. (fest. suppr.)
12. Corp. Christi (fest. suppr.)
13. Nativ. S. Joan. Bapt. (fest. suppr.)
14. SS. Petri et Pauli. App. (fest. suppr.)
15. S. Jacobi Ap. (fest. suppr.)
16. S. Annæ (fest. suppr.)
17. S. Laur. Mart. (fest. suppr.)
18. Assumpt. B. M. V. (fest. ex præc.)
19. S. Bartholom. Ap. (fest. suppr.)
20. Nativ. B. M. V. (fest. suppr.)
21. S. Matthæi Ap. (fest. suppr.)
22. Dedic. S. Michael. Arch. (fest. suppr.)
23. SS. Simon. et Jud. App. (fest. suppr.)
24. Omn. Sanct. (fest. ex præc.)
25. S. Andreæ (fest. suppr.)
26. Immac. Conc. B. M. V. (fest. ex præc.)
27. S. Thom. Ap. (fest. suppr.)
28. Nativ. D. N. J. C. una Missa (fest. ex præc.)
29. S. Stephani (fest. suppr.)
30. S. Joann. Evang. (fest. suppr.)
31. SS. Innocent. (fest. suppr.)
32. S. Silvest. Pap. C. (fest. suppr.)
33. Animarum rectores Missam pro populo applicare tenentur etiam in Festis Patronorum principalium et in aliis Festis suppressis, quæ respectivo in loco, vel ex jure vel ex indulto, olim sub utroque præcepto celebrabantur.

ABBREVIATIONES.

✠	significat	Festum de præcepto pro populo.
(✠)	»	Festum ad instar de præcepto pro Monast.
†	»	Festum suppressum quidem, sed obligans parochos canonice stabilitos ad applicationem Missæ pro populo.
*		Positum post nomen Sancti significat inclinationem faciendam esse in Canone.
(*)		Positum post dp. significat mutandum esse versum 3. in hymno *Iste Confessor*.
V. a c.	significat	Vesperas a Capitulo de die sequenti esse dicendas.
(dp. simpl.)	»	duplex simplificatum.
Mem.	»	Memoria.
Cl. de B.	»	Clausula de B. M. V. *Gloria,... qui natus es.*
Ppr.	»	Proprium Congregationis.
l., ll.	»	lectio, lectiones.
adv.	»	adverte.
imp.	»	imperata.
lib.	»	libitum.
Or., Ors.	»	Oratio, Orationes.
com.	»	commemoratio.
comm.	»	communis.
L.	»	Laudes.
M.	»	Missa, Martyr.
Mn.	»	Missale novum.
Coic.	»	*Communicantes.*
SM.	»	Abbat. S. Meinradi.
Con.	»	Abbat. Imm. Concept. B. M. V.
Sub.	»	Abbat. Neo-Sublacensis.
Cov.	»	Abbat. S. Joseph prope Covington.
Rich.	»	Abbat. Assumptionis B. Mariæ V. in Richardton.
MtA.	»	Abbat. S. Benedicti in Mount Angel.

JANUARIUS.

1 ✠ Fer. 6. Alb. CIRCUMCISIO DOMINI et Oct. Nativ. dp. 2 cl. *(O. P.)* ll. I Noct. al. in Lectionario. In M. Cr. Prf. et *Coic.* de Nativ.

MtA. † 1889 R. P. Wernherus Ruettimann.

V. sine com.

2 Sabb. Rub. non Nig. **Octava S. Stephani** * Protomart. simpl. Off. al. ut in Prænot. n. 5. Ad L. Canticum festivum. Ad L. et per Horas Or. ppr. *Omnipotens.* Non dic. Suffr. nec Preces ad Primam et Completor. In M. de Oct. (conv. p. Sext. tono simplici) Gl. Or. 2. *Deus qui salutis,* 3. *Eccl.* vel pro Papa, sine Cr. Prf. de Nativ. *Coic.* commune. Ad Horas minores Añæ de Festo.

Cov. † 1919 R. P. Augustinus Unser.

In Martyrologio primo loco annuntiatur Octava S. Joannis, secundo loco Festum Ss. Nominis Jesu.

V. de seq. sine com.

Cras Processio Ss. Rosarii.

3 ✠ Dom. (vacat.) Alb. SS. NOMINIS JESU, dp. 2 cl. *(O. S.* olim Dom. II p. Epiph.) Cantica ad III Noct. ut in Nativitate Dñi. S. R. C. 16 Feb. 1928) l. 12. *Merito,* ℟. *In nomine* (al. in Lectionar.) com. diei Oct. S. Joannis Ev. (simpl.) in L. et M. (in priv. tant.) Cr. Prf. de Nativ.

V. sine com.

4 Fer. 2. Rub. non Nig. **Octava SS. Innocentium** Mm. simpl. com. S. Titi Ep. C. (mem., al. 9 vel 14 Febr. sine suffr.) in L. et M. de Oct. (conv. p. Sext. tono simplici) Gl. Or. 3. *Deus qui salutis,* Grad. cum *Alleluia,* sine Cr. Prf. de Nativ.

V. de seq. (ritu semidupl. Añæ et Psl. ex 1. V. Circumcis. Cap. etc. ex 2. V. Dom. infra Oct. Nativ.) com. S. Telesphori P. M.

Cras prohib. omnes M. votiv. et def. quæ Dominicis prohibentur.

5 Fer. 3. Alb. **Vigilia Epiphaniæ,** sd. privil. 2. cl. Ad Mat. 3 ll. de Hom. Vig. (ex 4 ll. fiunt 3) ℟℟. ex 2. Noct. Circumcis., com. S. Telesphori in L. et M. (conv. p. Tert.) Gl. Ors. assign. (Or. imp. omitt.) Cr. Prf. de Nativ.

V. de Solemnitate. Cl. ppr. per Oct.

Per Oct. bened. mensæ ppr.
Cras prohib. M. def. etiam corp. præs. — Infra Oct. vero permit. vot. sol. vel M. def. corp. præs.

6 (✠) † Fer. 4. Alb. **EPIPHANIA DOMINI.** dp. 1. cl. cum Oct. privil. 2. ord. (**O. A.**) In M. Cr. Prf. et *Coic.* ppr. per Oct.

In M. conv. post Evang. (sedentibus omnibus tecto capite) fit annuntiatio Festorum mobilium a Rev. Cantore pluviali induto.

V. de Solemnitate.

7 Fer. 5. Alb. **De Octava.** sd. Ut in die 2. infra Oct. Ad Mat. Añæ *Afferte,* etc. In M. Or. 2. *Deus qui salutis,* 3. *Eccl.* vel pro Papa, (Or. imp. pro re non gravi omitt. per totam Oct.) Cr. etc.

Con. † 1914 Rel. Conv. Bernardinus Geromiller.
MtA. † 1922 Rel. Fr. Franciscus A. Weiss.
SM. † 1927 Rel. Conv. Meinradus Rinderknecht.

V. de Oct. (Aña *Videntes.)*

—Cov. et Archidiœc. Neo-Aurel.—Cras in omnibus eccles. permittitur una M. votiv. sol. vel cantata B. M. V. de Prompto Succursu ut in Festo (15 Jan.) cum Gl. et Cr. Or. pro gratiar. act. sub unica conclusione cum prima Oratione, Or. 2. Oct., Prf. B. M. V. *Et te in Festivitate, Coic.* de Oct. Ubi autem adest obligatio Missæ conventualis, hæc M. dic. p. Non. et sine com. Oct.

8 Fer. 6. Alb. **De Octava.** sd. Ut in die 3. infra Oct. Ad Mat. Añæ *Psallite,* etc. M. ut heri.

V. de Oct. (Aña *Lux de luce.)*

9 Sabb. Alb. **De Octava.** sd. Ut in die 4. infra Oct. Ad Mat. Añæ *Omnis terra*, etc. M. ut 7. huj.

V. de Dom. (Añæ et Psl. de Oct. ℣. *Vidimus)* com. Oct. (Aña *Interrogabat*, ℣. *Reges Tharsis)* et S. Pauli I. Eremitæ C. (Or. *Deus qui nos* de Comm.)

Cras incidit Festum S. Familiæ.

10 ✠ **Dom. infra Oct. et I. p. Epiph.** Alb. De ea. sd. Off. ut in Festo et loco ppr.; ll. I. Noct. *Incipit Epist. I. ad Cor.* ℟. 1. *Hodie.* Ad L. ℣. *Omnes de Saba*, com. Oct. (℣. *Adorate)* et S. Pauli in L. et M. Cr. etc.

MtA. † 1921 Rel. Conv. Wendelinus Schlaefle.

In V. (℣. *Vidimus)* com. seq. ex 1. V. (℣. *Reges Tharsis.)*

11 Fer. 2. Alb. **De Octava.** sd. Ut in die 5. infra Oct. Ad Mat. Añæ *Omnes gentes*, etc. M. ut 7. huj.

SM. † 1905 Rel. Conv. Ignatius Dwire.

V. de Oct. (Aña *Omnes.)*

12 Fer. 3. Alb. **De Octava.** sd. Ut in die 6. infra Oct. Ad Mat. Añæ *Adorate Dominum*, etc. M. ut 7. hujus.

V. de seq. (ut in 1. V.) Or. ppr.

—SM.—Hodie incipit Novena in hon. S. Meinradi M. Patroni Missionis.—Cras in Monte Casino dic. Missa vot. solemnis de B. M. V. *(Vultum tuum)* ex voto scholarum cum com. diei Oct. et ejus Ev. in fine.

13 Fer. 4. Alb. **Octava Epiphaniæ.** dp. maj. ll. I Noct. de Script. occurr. cum ℟℟. de Festo, ℟. 1. *Hodie*, M. ppr. Cr. etc.

In V. com. seq. (Aña *O Doctor)* et S. Felicis M.

Cras et deinceps in festis duplicibus (Off. duorum Nocturnorum) l. 1. et 2. dic. de Script. occurr. (ex 3 ll. fiunt 2) cum ℟℟. de Fer. occurr. (excepta prima die) et l. 3 de Festo.

Infra hanc hebdom. ad ll. de Script. occurr. sumuntur ℟℟. singulis Feriis seq. hebdom. II. p. Epiph. assignata.

14 Fer. 5. Alb. **S. Hilarii** Ep. C. D. dp. (*) Off. ut in Prænot. n. 2. Ad Mat. ℟℟. 1. et 2. ex I. Noct.

Dom. II. p. Epiph., com. S. Felicis in L. et M. *In medio*, Ors. pro S. Felice ppr. ut sub hac die, Cr. Ad Horas minores Añæ de Festo *Ecce sacerdos*, etc.

Con. † 1921 Oblatus Cosmas Herman, M. D.

V. de seq. com. præc.

Indulg. plen. in Eccl. O. N.

—In tota Provincia Ecclesiastica Novæ Aureliæ Status Louisiani.—V. de seq. sine com. Cl. de B.

15 Fer. 6. Alb. S. MAURI Abb. O. N. dp. 2. cl. *(O. S.)* In I. Noct. ℟℟. de Comm. Conf. non Pont. M. *In mari* sine Seq., Cr.

V. sine com. Cras Cl. de B.

—In Provincia Novæ Aureliæ Status Louisiani.—Festum B. M. V. DE PROMPTO SUCCURSU, Patronæ Provinciæ Ecclesiast. dp. 1. cl. sine Oct. pro Regularibus. In M. ppr. Cr. Prf. B. M. V. *Et te in Festivitate*.

In V. com. seq. tant.

16 Sabb. Alb. Nig. **S. Mariæ in Sabbato.** simpl. Off. ut in Prænot. n. 4. Ad Mat. l. 1. et 2. (ex 3 ll. fiunt 2) de Script. occurr. cum ℟℟. suis (al. in Lectionario p. 27.) Ad Benedictus Aña *Mirabile*, com. S. Marcelli P. M. (mem.) in L. (suffr.) et M. *Vultum* (ab Oct. Epiph. ad Purif.) Gl., Or. 3. de Spir. S., Prf. *Et te in Veneratione.* Ad Horas minores Añæ *O admirabile* etc.

Si quis hodie aliam quam de Beata Missam votiv. legere velit, in fine legendum est Ev. de Beata, de qua facta est com. — Prænot. 21.

V. de Dom. com. S. Antonii Abb. (dp. simpl.)

—In Provincia Novæ Aureliæ.—Alb. S. MAURI Abb. O. N. dp. 2. cl. (d. assign. ex heri) com. S. Marcelli P. M. (mem.) in L. et M. *In Mari* (priv. tant.) sine Seq. Cr.

In V. com. Dom. et S. Antonii Abb.
Cras Confrat. Ss. Sacramenti.

17 ✠ **Dom. II. p. Epiph.** Virid. De ea. sd. com. S. Antonii in L. et M. Cr. Prf. de Trinitate.

Con. † 1902 Rel. Conv. Nicolaus de Flue Fahrenschon.

V. de Dom. com. S. Antonii et S. Priscæ Vg. M.

18 Fer. 2. Rub. Nig. **S. Priscæ** Vg. M. mem. Off. ut in Prænot. n. 6. M. *Me exspectaverunt*, Ors. ppr. ut sub hac die, Gl. Or. 2. Fer., 3. *Deus qui salutis.*

V. feriales, com. seq. et suffr.

19 Fer. 3. Rub. Nig. **Ss. Marii** et Soc. Mm. mem. suffr. In M. Or. 3. *Deus qui salutis.*

Cov. † 1910 Pl. R. P. Joachim Widmer, Prior.
Cov. † 1919 R. P. Laurentius Scheidl.

V. de seq.

20 Fer. 4. Rub. **Ss. Fabiani et Sebastiani** Mm. dp. Ad Mat. 2 ll. (ex 3 fiunt 2) de Script.

V. de seq. (Psl. de Dom.) com. præc. et S. Meinradi M. O. N. (mem. Or. *Præsta... ut qui*).

—SM.—V. de seq. sine com.

RR. PP. Expositi, necnon alumni Seminarii ad celebrandum cum Octava festum Titularis Abbatiæ obligantur. S. R. C. 14 Julii 1916.

—**Sub. Cov. Rich.**—V. de seq. com. præc. et S. Agnetis Vg. M. (dupl. maj. simpl.)

—**Sub.**—Cras Annivers. Benedictionis Rmi D. Abbatis a. 1926.

